

Nobilissimo Clarissimoque
DOMINO RESPONDENTI,

Fautori & Amico suo Honoratissimo,

S. & O.

Præses.

EUm in finem nos bonarum Literarum Studiis incumbere oportere, ut iisdem publico, sive in Ecclesiâ, sive in Republicâ, olim prodesse queamus, in gloriam Divini Numinis, proximo nostro inservituri, nemini potest ignotum esse eorum, quotquot vel proprio instinctu, vel Parentum aliorumve ex voluntate, suasu, & consilio, Literis se manciparunt. Ad hoc autem ut aptitudinem pariter atque promptitudinem nobis conciliemus, multâ opus exercitatione est: siquidem & hîc obtinet tritum illud: *Ufus facit artificem.* Quod probè Tu hætenus meditatus, *Amice Suavissime!* non satis tibi duxisti, privatos intra parietes Studiis, cum primis Philosophicis ac Theologicis, invigilare, sed ut majorem in iis Temet exercendi nanciscerere occasionem, in publicum quoque prodire Tibi placuit, quò simul unâque operâ, Te tempus hætenus in Academiis, tam Patriâ, quam DEUS æternùm florere jubeat! quam Varniacâ nostrâ, non inutiliter consumsisse, demonstrares, rationem sic Studiorum tuorum vitæque Academicæ his, quorum interest, rationem redditurus. Non possum itaque non, quin hoc tuum Tibi propositum enixè gratuler, DEUM precatus, qui & huic & ceteris tuis conatibus, in ejus gloriam directis, omnibus cœlestem suam desuper affundat gratiam, Teque, nunc Vale nobis dicturum, omni tempore multiplici benedictionis genere beet. Vale! Scr. calamo festinantissimo d. 25. Septembr.

Anni MDCCXXVI.



Coll. Diss. A 142, 28